

3.

Otto III. gestattet dem Abt Haulf von Helmarshausen, daselbst Markt und Münze zu errichten.

Tribur 1000 April 22.

C f. 21. — DO. III. 357 (Stumpf Reg. 1220).

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto dei gratia Romanorum^a imperator augustus. Omnium fidelium nostrorum tam praesens quam futura comperiat^b turba, qualiter nos interventu Echardi^c comitis, maxime vero ob amorem dei omnipotentis Haulfo^d sanctae Helmwardeshusensis^e ecclesiae venerabili abbati concessimus largiti sumus^f ac firmiter dedimus^g potestatem atque licentiam in eodem loco Helmwardeshusen dicto in comitatu Doticonis comitis^h etⁱ in pago Angira^k sito^l faciendi habendi et constituendi^m mercatum, monetamⁿ constituendi, theloneum accipiendi ibique totius publice functionis negotium decrevimus colendum. Unde imperiali iubemus potencia, ut omnes negociatores caeterique^o mercatum excolentes commorantes euntes et redeuntes talem pacem talemque iusticiam obtineant, qualem illi detinent, qui Mogunciae, Coloniae, Trutmanniae negotium exercent^p, talemque bannum persolvant, qui idem^q mercatum inquietare aut infringere praesumant. Idem mercatum cum iam dicta functione moneta^r banno et theloneo^s in proprium tradimus memorato cēnobio suisque^t rectoribus imperpetuum. Et ut haec traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes sigillare^u precepimus.

Signum domni Ottonis tercii invictissimi imperatoris augusti (M.).

Heribertus cancellarius vice^v Uuilligisi^w archiepiscopi recognovit.

Data X.^x kal. maii anno dominice incarnationis millesimo, indictione XIII^y, anno tercii Ottonis regnantis^z XVI^{a'}, imperii IIII^{b'}; actum Triburin^{c'}; feliciter amen.

^a) Rhomanorum C. ^b) comparuit C. ^c) Echardi C. ^d) Haulso C.
^e) Helmwardeshusen C. ^f) largitissimus C. ^g) *es fehlt hier wohl fas*
(vgl. DK. II. 190). ^h) conatus C. ⁱ) *et fehlt in C.* ^k) Ancira C.
^l) suo C. ^m) *wohl statt* construendi, *vgl. DK. II. 190.* ⁿ) monetum C.
^o) *wohl zu ergänzen* idem, *vgl. DK. II. 190.* ^p) exercentes C. ^q) ibidem C.
^r) *korr. aus* monetaeque. ^s) theloneum C. ^t) suis suis C.
^u) sigillare *fehlt in C.* ^v) *vice fehlt in C.* ^w) Uuilliniti C. ^x) p C.
^y) post C. ^z) regnatum (*korr. C.*) ^{a')} X C. ^{b')} *die Zahl fehlt in C.*
^{c')} orbitri *oder* orbitin C.